



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Ver. 8. & 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Justitia est oculus tuetur qui omnia.

Namque in inferis duas putamus semitas,
Vnam bonorum, sed malorum esse alteram
Viam, licet duas tellus simul tegat.

Agendum furare alacriter omni tempore
Prædare, diripe, spolia: at ne erraveris
Iudicium est, faciet quidem quod in inferis

Qui est omnium Dominus Deus, cui nomen est
Terribile, ego quod neque nominaverim.

Mortalium si quis putat. Sed indies
Dum agit male quicquam latere apud Deos;

Male is putat, falsis que dein conuincitur
In toto & quiete dum degit iustitia

Videre qui Deum haud esse creditis,

Est enim Deus, si quis facit, sed improbe
Cum sit malus, tempus ille contemperet

Nam tempore ille postero pœnas dabit.

Conueniatur enim his quoque per hæc tragœdia.

Erit ne erit nouum iam tempus seculi,

Quando ignis effundet refertas copias

Auratus ether flamma quæ pasta & fuit
Terrens cuncta, cunctaque & sublimia vret fu-
rens.

at Caluiniæ virgines aliud respondebunt.

Non tempore ille postero pœnas dabit.

Et quare non dabit? Quia certus est se non da-
tarum. At longe alia mens Sanctorum. S. Ephrem
de appar. cru. is tempore Iudicii.

Tunc cuncti prospicientes in sublimi formidabile & sanctū
magis Regi apparere sceptrum, cognoscent & in memoriam
reducunt sermonem Domini dicentis: quia signum apparebit
sibi homini in celo, certique erunt post illud continuo Regem
reuelandum. In illa hora vni quisq; tractabit pauidus, quo pa-
da obuiam tremendo occurret Regi, resoluatur, mente cunctas

actiones suas. Deinde quisque propria ante faciem suam cernet
opera. Tunc omnes qui misericordia opera coluerunt, & vere
penitentiam egerunt, quique angustiam & arctam ingressi sunt
viam suam, in solitudinibus, & montibus atq; speluncis pro-

fectionem ad finem vsque caste seruauerunt, hilares continebuntur
bona, quæ præmeruerunt ante se, opera. Misericordes cernent ibi
mendaces ac pauperes quorum hic miseri sunt, pro ipsi inter-

pellentes, eorumq; opera bona coram angelis, & hominibus ad-
nunciantes. Qui vero hic lacrymas pro peccatis fuderunt, & la-
truerunt, molissis per penitentiam subierunt, hilares ibi atq;

gaudentes cum gloria adstabunt, expectantes beatam spem & ad-
ventum gloria magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Et
tunc breuiter cum timore licet, maiora non refero: Quando ma-

gnam illam atque horribilem audientis clamorem, ex altitu-
dine celsitri personantem: Ecce Sponsus venit. Ecce Iudex adest.
Ecce Rex apparet. Ecce supremus Iudicum Iudex reuelatur. Ecce
victor forum seculorum aduenit Deus, & induet viros & mor-

tuos. Tunc Christo dilecti à voce clamoris, coram emissent sun-
damenta & renes terre, à sinibus vsq; ad fines, & mare omnes
qui dixi. Tunc fratres mei angustia & timor, stuporque in o-

mnem eruet hominem, à clangore atq; resonantia tubarum &
a mense expectationis eorum, qua superueniente videret so orbis.
Ecce quantum verissima sanctorum Theologia di-

ctat à nouatorum præsumptione, & facta, qui sola fi-
des fuit totos iactare non desinunt.

Et de extremo iudicio & compunctione. Eene
aliam in nobis habeamus sollicitudinem fratres, præter hanc
sciam, quomodo scilicet anima nostra, cum lumine illo cum

sentis omnibus inueniri possit. Neque exstinguamus, constri-
ngamus, eam vili rebus terrenis, aut sollicitudinibus possessioni-
bus & pecuniarum: rerum exornemus eam orationibus &
iisq; & vigilijs, & lacrymis, ut quantulamcunque fiduciam

intra coram tribunalis tremendi tunc iudicis Christi inue-

niat, quando omnes anima cum timore atque tremore adsi-
stent: quando electi ibi separabuntur à peccatoribus, quan-
do vicissim steterint oues à dextris, & hœdi à sinistris.

Hæc forma est, hæc præparatio ad illum diem ma-
gnum, hoc modo curandæ lampades ne exstinguan-
tur.

VERSUS 8. & 9.

Fatua autem sapientibus dixerunt:

Date nobis de oleo vestro, quia
lampades nostra extinguuntur.

Responderunt prudentes, dicen-
tes: Ne forte non sufficiat nobis &
vobis, ite potius ad vendentes &
emite vobis

QUESTIO I.

Cur petunt oleum fatua, & cur recusant
dare prudentes?

§. 1. Fieri solet, ut cui subito deest aliquid, id à pro-
ximo postulet, quemadmodum nunc fatua Auxiliū
virgines faciunt. Respondent illæ, ne forte non sufficiat serum pe-
nobis & vobis, ite potius, &c. In Græcis est, μήποτε, ὅτι ἀρκέ-
σι ἡμῶν, nequaquam, ne non sufficiat nobis. Non sunt eo
tempore petitori damna i præsidia ab alijs, sed hæc eo
dicuntur, ut sera & inutilis poenitentia significetur;
Diceretur illis:

Ὁ δὲ γε ὁ πονεὶς &c. τότε ληπὼν αὐτοῦς τὸν
Sero bene sapis, tunc turpiter linquens Deum.

Fatua vero dici idcirco non dubito, quod furant
non prospexerint, sed in ipso malo prius sapiant.
quos Græci vocare solent ἀπρόνοους, sero sapientes. ita Pin-
darus Epimericea appellat in Pithiis, & Hesiodus, quia sero
ἀμυγχανοὶ, qui post erratum sapit. Hinc & illud in Cleo-
nem stolidum, κλέων ἀμυγχανεύς ἐστι μετὰ πταίσματι.

Cleon post facta Promotheus. Factum enim stultus co-
gnoscit. Maior autem fingi stultitia non potest, quam
sit eorum, qui totam vitam ludicris intenti, hoc est,
recrentis, de salute tum primum cogitationem susci-
piunt, cum perire incipiunt. Hoc tamen magnæ
hominum parti contingit. Non est autem con-
siliū, quod dant fatuis prudentes, sed amarulenta in-
iurio. Fieri n. non potest, ut tempestive coemerent,
& ante ianuam clausam, ingrederentur. An emerint,
an non inuenerint, non est opus quaerere; Parabola
est; Hilarius pauperes esse, à quibus emendum sit,
docet.

§. 2. Negant prudentes, ne non vtriusq; sufficiat,
hoc forte rectè accommodari non potest. & emble-
ma potius est. Nec enim in illa die, cum clamor factus Non dubi-
est, Ecce sponsus venit, Electi de sua salute dubitabunt, tant in lu-
sed bunt obuiam Christo in ætæ. Deinde non igno-
rabunt reprobi; se iam reprobos esse: aut sanè non ti, vel dā-
posse se iustorum opera, aut meritis saluari. Siue enim
oleum sit opera, siue charitas, siue fides per charita-
tem operans, non potest alteri sua quisquam dona
communicare. Quisque sua iustitia saluetur oportet:
nunc cum tempus est, operemur bonum. Opti-
mum Chrysostomi consiliū. τί ἐν τῷ θέν μὲν γὰρ να-
μεῖς; ὅτι ὁ δὲ ἡμῶν. οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ἑσθίων ἀγαθῶν
ἀγαθῶν δὲ ἡμῶν τῶν, ἀπὸ τῶν ἐσθίων & βέλτερον, ἀλλὰ ἐπὶ τῷ
δυνάμει, & ὅτι τῶν δὲ τῶν ἀδύνατον καὶ ἀδύνατον. Id est.

Quid igitur hinc docemur? Quia videlicet nullus Alienū
nos, qui per opera perdit fuerimus, suo patrocinio peribis
defendere & auxilio esse ibi poterit, non quia nollet, mo salua-
sed quia non potest. Videmus enim prudentes ad iur-
possibilitatem confugere.

Ridicula,
Beza-
magna-
tio.

Nullum illo loco meritum seu proprium, seu alienorum, aut precum, est opera precium. Adferuntur eo, quae iudicentur, non sunt. Vide Sap. 5. 3. & 4. 5. Petulanter hic insectantur haeretici, intercessionem sanctorum, missas, indulgentias. Beza particulam *propter* esse addubitantis, ipse ellipticum dicendi genus putat, notatque quaedam exemplaria habere *propter* *propter* *propter*. Fingit vero posse fieri, ut Catholici à Calvinistis rogent Evangelii gratiam, ipsi negent. [Vt si hodie, inquit, Christo adueniente, cuius etiam dies non videretur procul abesse] pii rogantibus hypocritis, Christianis Evangelii gratiam, à se tam pertinaciter neglecti, sibi communicari; Respondetur. Nobis nunc non de vobis, sed de nobis ipsis cogitandum est. Ite potius ad vestros illos sacrificos & Pontifices, & venias vobis emite. Bullingerus vero. [Vbi estis Monachi, qui dicere solebatis, vos constitutos esse, ut pro laicis horas legeretis canonicas, & seuera vestra illa disciplina, & animas tam viuendum, quam in purgatorio lugentium subleuaretis in caelum; Et paulo ante. Non recurrunt ad meritum Christi, sed aliena merita, nec committunt, se misericordiae, & gratiae Dei. Atqui in praesenti se aperit doctrina, quid post fatalem horam, iudicii quae diem aliena valeant merita. Nihil plane. Da hisse kein fürsorgen vnd Gelt/kein leihen. Nam ipso mortis articulo iudicatur anima, ut vel in caelum ascendat protinus, vel è vestigio deprimitur in tartara.] Similia ceteri adferre solent.

Catholici
non erunt
in iudicio
supplices
Caluini-
nis.

Euangelii-
ci.

Mihi respondendum est ad singula, quantum quidem ad plenam huius loci intelligentiam est necessarium. Ac primo quidem nemo Catholicorum Evangelii gratiam à Calvinianis communicari poterit. Nos enim Evangelium, & eius gratiam possumus, ante quam Calvinismus eam corrumpere conaretur. Nec eam gratiam esse in eorum secta dies ille decretorius ostendet. Ecclesiam nouitiam illi vel ingressi sunt, vel instituerunt, non tenent id, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est. Vincent. contra haeres. cap. 3. Euangeliorum nomen usurpant, sed diuersissime ab eo abeunt, grassantur, qui eam compellatione gaudent. Lutherani, Calviniani, Libertini, Syuenckfeldiani, & horum sectae unculae, addunt se, Catapultas, Tunitarii, alique qui specioso nomine dum venditare se hominibus laborant, nouitatem, & vanitatem produnt, sic olim Gnostici, Cathari, Apostolici, magnis se nominibus iactant, et inanes erant. Vnde vero Evangelii gratiam acceperunt? nos antiquam tenemus. Item contra haeres. l. 3. c. 3. Traditionem, inquit, Apostolorum in toto mundo manifestatam in Ecclesia adest per spicere omnibus, qui vera velint audire, & habemus annuere, eos qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesia, & Successores eorum vsq; ad nos, qui nihil tale docuerunt neque cognouerunt, quale ab his deliratur. Et ca. 4. Tanta igitur ostensiones cum sint haec non oportet adhuc querere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere, cum Apostoli quasi in depositum diues, plenissime in eam contulerint omnia, quae sunt veritatis, uti omnis quicumque velit. Sumat ex ea potum vita. Haec est enim vita introitus: Omnes autem reliqui fures sunt & latrones. Propter quod oportet deitare quid illos, quae autem sunt Ecclesia, cum magna diligentia diligere & apprehendere veritatis traditionem. Tertull. de praescrip. cap. 28. Age nunc (scilicet ut vos dicitis) omnes errauerunt, deceptus sit Apostolus, Ephes. 1. de testimonio reddendo quibusdam: nullam respexit Spiritus Sanctus, vii eam Ecclesiam in veritatem deduceret, ad hoc missus à Christo, ad haec postulat de patre (iuxta scripturas superius citatas ad quas etiam alludit Tertullianus, ut esset Doctor veritatis: neglexerit officium Dei Villicus, Christi Vicarius, finem Ecclesias aliter inserim intelligere, aliter credere, quam ipse per Apostolos predicabat, &c. Evangelii igitur gratiam obtinemus diuturna posses-

sione, illisque renuentibus & subannantibus patienter offerimus. Nostram Ecclesiam Dominus agnoscat, illorum eorum ignorabit. Vnde enim vos? dicit. Mea sponsa à principio fuit, non defecit, pudica fuit. Eam mihi selegi adhuc in terris viuens, per me, per meos Apostolos, Episcopos, doctores, erudiui, quod vos mihi scortum obtulidit? Quid vero vestra Ecclesia loquitur? Certe sum me non exclusim iui, quamuis fornicata sim cum amatoribus multis. Sola certitudo me beatam facit. at nos in veteri, vereque Evangelica sumus Ecclesia. Illius inquit Cyprianus, Ecclesia facta nascimur illius lacte nutrimur; Spiritu eius animamur. Adulterare non potest sponsa Christi, incorrupta est, & pudica; nam domum nouit vnus cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Haec nos Deo seruat, haec filios regno quos generant assignat. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulterare nungitur, à promissu Ecclesia separatur. Nec perueniet ad Christi pramiam, qui reliquit Ecclesiam Christi. Alienus est profanus est, hostis est. Habere iam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Quomodo igitur illi Evangelii gratiam conferent aliis, qui Evangelii custodem & doctorem Ecclesia defecuerunt?

Non igitur ad hos accedent Catholici petunt Evangelii gratiam; sed adiungunt se Apostolis, Ignatio, Polycarpo, Cypriano, Cornelio, Ambrosio, ceterisque, vere sanctis, vereque beatis. Tum Calviniani quid optabunt, vel vnus horum inducias, vel illis seculum gere possint. Tum dicent illis Catholici. Ite ad Luthetrum, Caluinum, Quinterium, Mennonem. Nos illis inauditis Christo credimus: & ecce in nostra parte alii sunt tot centena millia sanctorum. Dicent forte cum per Donatistas. Sed illa Ecclesia, quae fuit omnium gentium, iam non est, perit. Respondet Augustinus. In Plal. 101. concion. 1. O impudentem, &c.

5. 3. Nec modo Calvinianis nos non accedemus, ut gratiam Evangelii ab ipsis emendicemus, quam non habent, sed neq; à nostris sacerdotibus, aut Pontificibus venias ememus. Nunquam enim veniam pecunia potest. Nummo non delentur delicta, sed lacryarum, nummo, inquam, quo res sacras cauponantur. Simoniaci. Pecunia illa est in perditionem ementis, & vendentis. Itaque ne nunc quidem indulgentiae emi possunt, aut vendi. Quod si aliquando quippiam vendidit, illum Ecclesia pro suo non agnoscit. Deinde illo tempore venia nulla danda est peccatoribus; non enim ignoscant, sed dies ultionis aduenit. Ne penitentiae quidem locus est. Quam aliepium sit à ratione, & Evangelio, ex illa die ad penitentiam tempora argumentum ducere, nemo non intelligit. Non erit in iudicio locus deprecationis, non igitur nunc orare pro aliis, vel Monachi, vel alii fideles possunt. Nonne Apostolus orare pro inimicis iubet nomine suorum pro se orationes postulat? Et tamen in illo iudicio nemo pro aliis intercedet. at neque penitentiam aget quilibet, neq; baptizabitur in remissionem peccatorum, & nunc tamen illa sacramenta negligi sine crimine non possunt.

6. 4. Occurrit tamé Bullingerus, pro mortuis nihil illa iuuat, sententia pronunciat, vel manet immutabile decretum, vel beatitudinis, vel damnationis.

Neque nos vel pro viuus, vel pro mortuis oramus, ut decreta Dei mutemus. manet immutabile, quicquid effatus est Deus. In eo error Zvinglii & aliorum versatur, quod in Dei iudicio negent, quibusdam decerni aeterna gaudia, cum conditione temporalis penae sustinenda, quibus solis preces & sacrificia vilia esse docemus. Itaq; non omnis anima saluanda protinus in caelum ascendit, si aut leuibus culpis detinetur, aut peccatorum temporalium poenis purganda est, igne purgatorio detinetur. Sic Monica apud Augustinum l. 9. conf. cap. 13. memoriam sui ad altare fieri opta-

